

*Evangelium Matth: 8. cap:*

**C**Um autem descendisset JE-  
sus de monte, &c.

## EXORDIUM.

**D**icere solitus est Taulerus: **DEUM**  
longè promptiorem esse ad dandum,  
quam nos ad accipiendum, quod & Christus  
reipsa testatur in hodierno Evangelio.

Quamprimùm enim leprosus Christum allo-  
quitur: si velis Domine, potes me mundare,  
statim extensa manu illum attingens: volo  
mundus esto, respondet. Quamprimum eti-  
am Centurio Capernaiticus miserabilem  
morbum servi sui, Christo exponebat, respon-  
det: Ego veniam & sanabo eum. Quapro-  
pter hac promptitudine **DEI** nos juvandi  
permoti, veraq; fide impulsì, in omnibus no-  
stris miserijs clamemus: Abba, Pater, &  
accipiemus, ut gaudium nostrum sit perfe-  
ctum.

Rom: 8.

Joh: 16.

## NARRATIO.

Act: 10.

**T**Estatur divus Petrus apud **DEUM**  
non esse personarum respectum, &c.  
Idem liquet ex hoc Evangelio: Aequè  
enim Christus exaudit Centurionem  
Ethnicum quàm leprosum, qui putatur  
fuisse